

præcipuis solemnitatibus, veluti die Natali Domini, Epiphania, Pentecoste, in diebus item festis majoribus beatæ Mariæ Virginis communicent.

Crebris præterea monitis, illud quod beatissimus Silverius Pontifex statuit, in consuetudinem revocare studebit, ut, qui sæpius non communicant, in quadragesima saltem dominicis diebus corpus Domini sumant, et die item Cœnæ Domini ex antiquo instituto: ac præterea in adventu itidem præstent.

Eam præterea consuetudinem in parochia sua introducere studebit, ut quoties quis iter longum aut infestum, remque arduam et difficilem, etiam in qua nullum mortis périculum extimescendum sit, aggredietur; qui item aliqua gravi perturbatione, vel ex filiorum conjugisve obitu, vel ex bonorum amissione, vel ex alia re adversa affligitur, sacram communionem confessus suscipiat. Idemque faciat, itinere vel negotio difficiili quod suscepit, confecto, vel quocumque beneficio accepto, gratias Deo acturus hujus Sacramenti sumptione: in quo præcipua quædam ratio inest, quo Deo pro immensis in nos collatis beneficiis aliquam gratiam pie referamus. Curabit item, ut mulieres proxime pariturae hoc ipsum præsent, ac præterea cum primum a puerperio ad ecclesiam accedent." *Acta Ecclesiae Mediolan.*, p. IV, p. 512, *Instructio de Sacramento SS. Eucharistiae*.

DEFUNTS

Rév. Pierre Ouellet, du diocèse de Québec, inscrit dans l'Œuvre en Septembre 1904, décédé le 6 Juin 1908.

Rév. Emile Léger, du diocèse de Valleyfield, inscrit dans l'Œuvre en Décembre 1906, décédé accidentellement le 23 Juin 1908.

